

bi consulit, qvàm ipse putas. *Corn.* Qvomodo?  
*Petr.* Nam intereà perderes multum temporis:  
 & qvùm redilles, tibi doleret. Nonne verum  
 dico? *Corn.* Profectò sic est. *Pet.* Mane igitur,  
 si sapis. *Pet.* Parebo tuo consilio: qvia mihi re-  
 stum videtur. *Pet.* Nolle sciens malum tibi  
 consilium dare. Atqve utinam qvod svadeo,  
 succedat tibi prosperè! *Cornel.* Spero ita fore,  
 DEO volente.

## COLLOQ. XVI.

*Mutuatio, DEI providentia, veneratio.*  
*Emtio.*

*Mart* *Blasius.* MARTIALIS. BLASIUS.

*Q*vantum habes pecuniæ? *Bl.* Assēm cum  
 ḡnōm̄ semisse. Tu vero? *Mart.* Non tantum. *Bl.*  
 Quantum igitur? *Mart.* Unicum assēm *Bl.* Vis  
 mihi dare mutuò. *M.* Est mihi opus. *B.* In qvem  
 usum? *M.* Ad emendam chartam. *B.* Hodiè red-  
 dam tibi. *M.* Addendum fuit: Deo juvante. *B.*  
 Sic docet Præceptor. Sed non possum ass̄vescere.  
*M.* Fac ass̄vescas. *B.* Qvomodo id fiet? *M.* Si  
 s̄pē cogites, nos à DEO sic pendere, ut nihil pos-  
 simus sine ejus auxilio. *Bl.* Bonum mihi das con-  
 silium. *M.* Qvale mihi dare velim. *B.* Sed (ut ad  
 propositū redeamus) dabis mutuò istum assēm?  
*M.* Miror, te mutuò petere, qvi plus habeas, qvàm  
 ego. *B.* Est qvidam Scholastic⁹ hāc transiens, qvi  
 librum venalem ostentat. Quid tum? *B.* Cr-  
 piebam emere, qvia vilius indicat, qvàm noste  
 Bibliopola. *M.* Accipe: sed qvæso, unde tām citò  
 red-